



21
Bl. 89



VIRO
 PLURIMUM REVERENDO ATQVE PRÆ-
 CLARISSIMO
 DOMINO
 DN. IOHANNI
 SARTORIO

PHILOSOPHIÆ ET LIBERALIUM ARTIUM
 MAGISTRO

APUD
 AUGUSTISSIMUM POTENTISSIMUMQUE
 BORUSSORUM REGEM
 ET ELECTOREM BRANDEN-
 BURGICUM ECT. ETC. ETC.

INVICTISSIMUM ILLUM SECULI NOSTRI MAVORTEM
 COPIARUM EX PANNONIIS LECTARUM
 PASTORI ET VERBI DIVINI MINISTRO
 VIGILANTISSIMO

CVM
 SACRO MUNERI TOROQUE CONJUGALI

XVII KALEND. JUNII CID ID CC XXXV.
 AUSPICATO SIDERE ADMOVERETUR
 TANTÆ FELICITATIS ACCESSIONES
 PIO LÆTOQUE AFFECTU

PROSEQUUTI
 LEUCOREIS ATHENIS ADSRIPTI
 PANNONII CIVES
 GRATULABANTUR.

WITTEBERGÆ
 EX OFFICINA EPHRAIMI GOTTLÖB EICHSFELDII.



VIRO
 PLURIMUM REVERENDO ATQUE PRAE-
 CLARISSIMO
 DOMINO
 DN. IOHANNI
 SARTORIO
 PHILOSOPHIAE ET LIBERALIUM ARTIUM
 MAGISTRO
 APUD
 AUGUSTISSIMUM POTENTISSIMUMQUE
 BORUSSORUM REGEM
 ET ELECTOREM BRANDE-
 BURGICUM ETC. ETC. ETC.
 INVICTISSIMUM ILLUM SECVLI NOSTRI FAVORITEM
 COPULUM EX PANNONIAE LECTURUM
 PASTORI ET VERBI DIVINI MINISTRO
 VIGILANTISSIMO
 CVM
 SACRO MUNERI TOROQUE CONJUGALI
 XVII. KALEND. JUNII MD. CC. XXXV.
 AUSTRIACOSIDERE ADMOVETUR
 TANTAE FELICITATIS ACCESSIONES
 PRO PATROQUE AFFECTU
 PROSPERANTI
 FELICITATE ATHENS ADSCRIPSI
 PANNONIAE CIVIS
 GRATULABANTUR

WITTEBERGA
 EX OFFICINA FERRARII GOTTLOB EICHENFELDI





Ere novo, Phryxi cum vellera Phoe-
bus in axe
Torret, & auratis formosum cornibus
annum

Ignivomus pandit Taurus, rursique superba
Vertice rumpit humum soboles & Numina
divum

Blandiciis mulcet, coelestia tecta perosa;
Æquore nata Venus Divisque profecta Minerva
Deseruere Iovis sedes, vectæque per æthram
Flammifero curru, cupiunt invisere terras.

Hanc, quæ devictæ frontem percussit Arachnes,
Pierides cingunt Musæ castæque sorores;

Illam pennati pueri famulæque sequuntur

Idaliæ: currus rapiunt Æthonque Phlegonque

Eous Pyroisque simul, cursuque rotarum

Saucia dividuis clarescunt nubila fulcis.

Vtque DEÆ terras & vasti limina mundi,

Emensis spatiis, subeunt hominumque Penates

Ingressæ, primo Cyprum loca grata salutant.

Hic facer, hic Veneri mons vertice surgit ad

astra

);(2

Invius

Inuius humano gressu, Phariumque cubile
Proteos & septem despectans cornua Nili.
Hic, quas possedit, mater Natura benigna,
Et quas ars Divûm solers invenerat olim
Delicias molles, congestaque semina magnæ
Lætitiæ posuere Dii : pars acrior anni
Exulat, æterni patet indulgentia Veris.
In campum se fundit apex, hunc aurea sepes
Circuit, et fulvo defendit prata metallo:
Mulciber, ut perhibent, his oscula conjugis emit
Mœnibus, & tales uxorius obtulit arces:
Hic structus gemmis paries nitidoque pyropo,
Ceus Phœbus radiat, laquearia jaspide facta
Effundunt lucem, rutilantes ære columnæ
Surgunt, despectusque solo calcatur achates:
Floribus in medio redolentibus area dives
Halat, & umbrosus, qui frigore temperat aestum,
Dat fessis requiem lucus, quo mitis amomi,
Et casia matura seges Panchæaque crescunt
Cinnama: muscoli, qui molles murmure somnos
Invitant latices, auratas ore profundunt
Undas, & tenues rivos jaculantur in auras.
Illecebris his capta Venus pharetrataque Pallas,
Explent deliciis animum, passuque recessus
Emensæ longos, vitant sub frondibus æstum,
Densaque sidereos artus per gramina fundunt.
Vix mora præterit, vix molli cespite sessum,
Ambrosios oculos & lactea membra Dearum
Occupat ipse sopor, roseo projecta cubili.
Excubat ante fores Argus volucerque Cupido
Armatus

Armatus telis: comites, quo quemque vocavit
Umbra, jacent, fluitant suspensi frondibus arcus.
Interiora tenent Musæ, prohibentque profanum
Ingressu vulgus Phœbeaque carmina condunt.

Nuntius interea Divûm velocibus alis
Advolat, & Paphias arces ingressus adorat
Numina, quæ pulso somno, jussere profari
Mercurium secreta Poli: subit ille, Deorum
Hæc constans animis durat sententia sacro
Concilio firmata Iovis, SARTORIUS arte
Musarum longe celebris tituloque Magistri
Insignis, Spartam Sacram, qua dogmata cœli
Panduntur populis & pulchram Deiopeiam,
Quam decorat virtus & mores virgine digni,
Accipiat, magni pretium non vile laboris.
Vivit adhuc completque vagis sermonibus aures
Illius virtus, quam nec ventura filebunt
Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas.
Haud aliter, quam Pythagoras virtutis amore
Incensus, terras alio sub sole calentes,
Et claros studiis populos peragravit & artes
Excoluit, quas Hebræus Græcusque Latinus
Inculcat Vates: quidquid docuere Prophetæ,
Vel quid Socratico manavit ab ordine, quicquid
Docta Cleanthæ sonuerunt atria turbæ,
Ipse tenet, laticesque sacros fontesque profanos
Hauit, & in succum convertit Palladis artes.
Adgressus metuenda Viris, Alcidis ad instar,
Immensa serie curas & monstra laborum
Numinis auspicio domuit, nunquamque secundis

Intumuit rebus, nam mens virtute subacta,
Noverat intactum vitio servare vigorem.
Et licet innumeris resonent tua vocibus ora,
Fama loquax, pariterque ruat per pectora cen-
tum

Multifidus Phœbus, laudes tamen illius amplas
Enarrare nequis: virtutis robore solo
Præstitit, ut laceris morientes crinibus Hydri
Lambant invalido Furiarum vincla veneno,
Et victus fileat, qui laudibus obstrepit æquis,
Livor edax, Erebi tenebroso carcere clausus.
Hoc superest unum, decreta faceffite iussa
Divorum, referat clarus SARTORIVS ampla
Munera, quem præstans vexit super æthera vir-
tus.

Dixit, & extemplo roseum linquendo cubile,
Reginae cœli subito mandata capeffunt,
Atque manus operi jungunt, comitesque fideles
Hortantur, partes obeant. Velut obice fracto,
Funduntur celeres, Neptunia regna Sorores
Nereides repetunt, & opes scrutantur in undis
Æquoreis: rarum visu Galatea monile
Protrahit ex pelago, dignum quo lactea colla
Cingantur Sponsæ: prorumpens gurgite vasto
Cymothoe nitidam gemmis auroque coronam
Extulit, ut tanto decoret connubia dono.
Ipsa tamen Spatale, quibus adstringebat herilem
Diva Thetis pallam, baccis onerata ferebat
Cingula, quæ fluctusolvebant pone charybdim.
At Puer e turba volucrum, cui plurimus ignis

Ore

Ore, manuque levi nunquam frustrata sagitta,
Intenso cornu, Castis dat vulnus amoris.
Uranie æthereis fastis ROSNENSIS Acestæ,
Virtutes meritis nixas inscribit, & ipsa
Jam plaudens Astræa sacros decernit HONORES.
Ægide Gorgonea, præcingunt Pallada Musæ,
Et galeam capiti ponunt, humerisque fluentes
Nectareos crines, vinclis nodoque coercent.
Idaliæ Venerem dextra lævaque Sorores
Cingentes ornant cultu, legemque capillo
Ambrosio reddunt, largos hæc nectaris imbres
Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno,
Multifidum discrimen arat, vestesque deinde
Arte laboratas humeris cœlestibus aptat.
Floribus exstruitur currus, juga floribus halant,
Lutea purpureas adnectunt frena columbas.
Hunc ubi conscendunt Divæ, mox turba novena,
Pennati pueri, Dryades, pulchræque Napææ,
Jungunt se lateri: volucres pernibus alis,
Qua data porta volant celeres, cursuque peracto,
Leucoreas intrant sedes Sponsique Penates.
Is tum Pierias curas sub pectore coxit,
Et codicis Sacri mysteria mente revolvit.
Utque DEAS comitesque videt succedere tectis,
Attonitus novitate stupet, Pallasque stupentem
Talibus affatur: SARTORI gloria magna
Castalidum, quem Fama canit, quem multa de-
corant
Virtutum documenta, cui Parnassia Musa
Ubera docta dedit, vel quem CLEMENTIA mira
PRUSSORUM REGIS, qui MARS ob fortia gesta,
INVI-

INVICTISSIMUS AUGUSTISSIMUS audit ubique,
Sustinet in gremio: cape nunc, quæ porrigo
sceptra

Et sacros FASCES, qui sunt insignia Mystæ.
Continuat Venus alloquium: fulgentior astris
Lædæis TIBI Virgo datur, quæ moribus æquat
Penelopen castam, nec pulchro frontis honore,
Tyndaridi cedit raptæ: complectere Sponsam,
Quam non Hesperidum pomis, non amne sub-

acto,
Non Socerum fallente rota, sed ob ardua facta,
Consequeris Sponsus fama super æthera notus.

Vix ea protulerat, Comites connubia pacta,
Muneribus cumulant largis: dant nube profectum
Lætitiæ signum Superi: concentibus auras
Impellunt Musæ: post talia pectore vota
PANNONIDES fundunt: Sacrorum Præco verende!
Pasce gregem Domini verbo, prohibeque lu-
porum

Exitiale genus septis, & munia sacra
Sustineas felix humeris, fugiasque recurvis
Implicitos cochleis, luto cœnoque rigentes
LIMACES stolidos, & cornua fronte gerentes,
Quæis pietas fucata latet: fortunet ab axe
Fœdera connubii Numen, semperque serenos
Esse TIBI jubeat Soles: Concordia mentes
Conjunctas teneat: livescant brachia nexu,
Oscula mille sonent: thalamus sit plenus amoris,
Et Conjux pulchra faciat TE prole Parentem.

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18



VIRO
 PLURIMUM REVERENDO ATQVE PRÆ-
 CLARISSIMO
 DOMINO
 DN. IOHANNI
 SARTORIO

PHILOSOPHIÆ ET LIBERALIUM ARTIUM
 MAGISTRO

APUD

AUGUSTISSIMUM POTENTISSIMUMQUE
 BORUSSORUM REGEM
 ET ELECTOREM BRANDEN-
 BURGICUM ECT. ETC. ETC.

INVICTISSIMUM ILLUM SECVLI NOSTRI MAVORTEM
 COPIARUM EX PANNONIIS LECTARUM

PASTORI ET VERBI DIVINI MINISTRO
 VIGILANTISSIMO

CVM

SACRO MUNERI TOROQUE CONJUGALI

XVII KALEND. JUNII MD CC XXXV.
 AUSPICATO SIDERE ADMOVERETUR
 TANTÆ FELICITATIS ACCESSIONES
 PIO LETOQUE AFFECTU


PROSEQUUTI

LEUCOREIS ATHENIS ADSRIPTI
 PANNONII CIVES

GRATULABANTUR.

WITTEBERGÆ

EX OFFICINA EPHRAIMI GOTTLÖB EICHSFELDII.



sten Herren Schwa-
 eise Führungen GDe
 oph Deichmann/
 rent. auf dem Neus-
 an Halle.

Quod dicitur
 imple potest
 Et veritas
 Pannonia
 /n.
 ut/

